apophthegmatis graecis. ad prima ex Ciceronis Laelio. ad quarta ex epistola D. Pauli
ad Rom. graeca. alter ordo rudiorum est, quibus praecepta Grammatices, colloquia, Mu-
sica, Catechismum et his similia trado. in his mihi Theodorus opitulatur. qui praeter meas
lectiones etiam in schola Arithmeticen docetur. praeterea quotidianam exercitationem u-
triusque ordinis adhibeo certandi scribendique, nunc carmen nunc prosam, prout est captus cuiusque.
his misceo crebras exhortationes ex sacra lectione praesertim, tempore precationis, quibus
teneri animi efficacissime ad studia stimulantur. non iusque et virga illos vapulando me
verberando defessum reddo. D. Jesus Christus qui famulis ~~suis~~ nomen ipsius sincere
re et constanter invocantibus non interest modo sed etiam praeest, sui spiritus luce pueri-
les mentes illustret, ac pro sua philanthropia salutares progressus, studiis eorum indulgeat.
Amen. Scripseram in proximis literis pridie Cal. Novembr. quod hic repetendum vi-
detur (ne illae forte ad vos non pervenerint) confiteri me mihi omnium nominum libe-
ralem solutionem a vobis factam, usque ad Calend. Januarias anni 1.5.5.8. atque
~~super~~ insuper in sumptus librorum et vestium deinceps faciendos me habere a vobis 12.
daleros. his Bacchanalibus hanc decimam epistolam scribo. quare da mihi quaeso veniam,
humanissime Maecenas si dilutior videbitur et minus quam te dignum est elaborata. va-
le cum honestissima coniuge et cum tota familia. D. Doctor Albertus cum his proxi-
mis diebus apud eum essem studiose quaesivit numquid de vobis esset auditum. ita et ipse
vicem solicitus praesertim hoc tempore, quo ne literae quidem laborantibus amicis sine
magno discrimine mitti possunt, is iussit cum me dixissem scripturum et suo nomine
misericordiam vobis et pacem Jesu Christi adscriberem. Iterum vale. Mea uxor vos salu-
tat. pueri literas meditantur. ego prorsus exhaustis spiritibus desino tandem molestus es-
se mea ineleganti loquacitate. Bremae 26. Febru. 1.5.5.8.

Vobis magnis beneficiis devinctus Johannes Mo-
lanus

Nr. 21)

D. Doctori Lamberto ab Haer.

[= Mscr. A 11: Nr. 133]

Ante paucos dies scripsi me orare ut Gallum illum huc extrudas clarissime Doctor:
idem te nunc rogo ut quam ocyssime fiat. non sane hoc ideo repetens quod parum sit se-
mel indicasse, sed quia verear ne (ut iam saepe usu venit) literae superiores interrup-
tae sint. In Gallum ego idcirco sum pronior, quod multa hic in mea familia ser-
mone Gallico utimur. et (quod est hic dicendum) prius ille clarior doctrina et
maiore nomine est quam ut in his tenebris meum diu desidere possit. aut etiam velit.
Olim et in me beneficio Christi quaedam inchoata eruditio fuit, at nunc ea sic in
nihilum redacta est ut neque tertius sim amplius neque quartus. Quid tum? si ad alia-
rum rerum iacturam haec quoque accessit, erit aliquando tempus cum nobis omnia cumu-
latissime refundentur. Illud inprimis obtestor mi D. Doctor, ut eum nobis mittas qui
nec ebriosus sit nec impurus. nam haec vitia in scholis perniciosissima supra modum sem-
per sum detestatus, et video multos inter eos quibus doctrina pietatis non est ignota, ignosce-
re sibi in manifestis operibus carnis, de quibus certe manet immota DEI sententia tanquam
bipennis tenedia. qui talia agant regni DEI haeredes non erunt. Debet esse qui mecum
victurus sit eruditus mediocriter et simul ex animo pius: non quod adeo morosus sim,
ut alienam infirmitatem ferre non possim qui ipse aegre consistam. sed quia mihi cum
eiusmodi puerulis res sit quos fuerit manere optabilius omnium literarum rudes quam tene-
ros eorum animos domestico exemplo corrumpi. Sed haec intempestive garrio. ita satis
certo scio (quoniam et vobis hic scribitur) magnae vobis curae esse ut idoneum aliquem
et pueris quam utilissimum habeamus. Nuper quidam meus amicus homo doctus si quis
alius Francofortum isthinc iturus hortatus est per epistolam ut ex his scopulis aliquan-
do contendam, respondi id mihi esse liberum et optabile si videam aliquam legitimam vocati-
onem. spero eum quae in rem meam erunt non neglecturum. si nihil fiet praesente capula
mulcebo. Nihil est hic novum. Nisi quod arbitror vobis non inauditum. Aliquot ipsi pri-

cipes

principes Germ. de 4. articulis qui Ecclesiã privatis dissidijs distrahunt, scripserat certas et ex-
pressas formulas ita moderate, ut utraq pars si velit quæ pacis sunt sectari iure possit ijs ac-
quiescere. hoc certu nuper Roma. Deinde ad principes Sax. missum est. ut per eosdem si posset
comprobetur. ad ea rem sumptum est ab his spatiũ deliberandi. Conuocati sunt ex Saxonia doc-
tissimi quiq ad dominicã proxima quæ dicitur (vocem iucunditatis) ut Magdeburgi i-
ter se constituãt nã et hi qui Luth. de plerisq sententia sequuntur. illas placabiles formulas
augustanæ confessioni congruentes recipere velint. ut pax sit rebus et tandem desinant se mutuis
vulneribus conficere quos oportebat coniunctissimos esse. Si quid succedet Quid nisi papistis
dolori? Sin irritus erit principũ conatus tu certe omnino intelligemus DEUM Ecclesiæ suæ ~~que~~
non mediocriter iratũ esse. Vale mi Patrone et res Ecclesiæ vehementer afflictas perge
quantũ potes promouere. 7. Idus May. 1548.

Johannes Molanus.

M. Carolo Lones Hyspris. Nr. 21)

Vir humanissime cum repeto memoria iucundissimos congressus nec minus pia colloquia
quæ tecum olim mihi et Martino Merschio fuerunt, moleste ferre soleo sic me longe ab a-
micis disiunctam esse ut neq frui eis possim in meis necessitatibus, neq vicissim aliquo eos bene-
ficio demereri. Sed quando sic visum est DEO rerũ omniũ Moderatori distrahere me ab [= Mscr.
iis quorum mihi consuetudo et patria ipsa dulcior et vita optabilior fuerat. par esse reputo ut a. 11 =
in eius diuina voluntate quã possum patientia acquiescam. Contendo interea quoties res fert Nr. 154]
per literas leuare desiderium meum sæpe inuitans veteres amicos ut aliquid exuli rescribãt
unde cognoscere ex parte aliqua possim quæ in nostris urbibus gerantur earũ sane re-
rũ quæ vel ad me pertinent, vel istos meos amicos tangunt, sed plerique aut plane alienarũt
a me suũ animũ, aut temporũ atrocitate a scribendo absterrentur. At ego nihilo secius
pergo constanter amare quos olim ex animo dilexi et in inuocatione Iesu Christi Mediatoris
salutem patriæ nostræ quantum quidem hoc pusillo animo consequi possum indesinenter DEO
commendo. Epistolas autem rariores mitto nõ quod pigrior factus sim, sed quod nõ time-
re metuã ne mei nominis odio illi quibus scribam grauentur. Pater noster cœlestis quẽ
in fiducia Filij eius, redemptoris nostri cũ bona conscientia quantũ possum colere et ce-
lebrare cõtendo, monstrabit aliquando angelis et hominibus nos patriæ nostræ sine causa
inuisos fuisse, sed hoc hactenus. Nuper velut obiter mihi indicatũ est singularẽ amicũ
Iacobum Castricũ apud vos iam multis mensibus arctissimis vinculis constrictum sedis-
se. id si verũ est, valde me Patriæ nostræ miseret in qua viri innocentissimi de vita
in dubiũ veniũt, et propter solam Euangelicæ doctrinæ confessionem atrocibus supplicijs
multantur. Ego Castricũ noui a puero, nihil eũ fecisse i vita quod sit carcere dignũ
tam certo scio quam bis 4. esse 8. Hæreticus autem qui esse potest qui persistet in ea
doctrinã in q baptizatus est. nempe in symbolo fidei Christianæ, et in omnibus quæ
DEUS per prophetas suos per Mosen per filiũ suum Iesum Christum et per Aposto-
los credenda Ecclesiæ suæ seruandaq præcepit Sed ego nunc eius causam nõ defendo
DEUS apud quem ipse suam animã deposuit. pro gloria sui nois seruabit eũ siue per
mortem siue per vitam. Tantũ te obtestor pro veteri noticia, ut si quid forte in eũ a vẽs-
tris sapientibus inclementer statuatur quantum tibi tua salus curæ est tantũ caueas ne
innoxij hominis sanguine tuã conscientiã polluas, sed potius si quid solatij afflicto af-
ferre possis, id propter Iesum Christum crucifixũ pro nobis, ex animo facias, atq illud
persuasissimũ habeas prorsus eum nostrum amicum in eadem causa periclitari, in qua oli
excruciabantur Euangelici martyres, quorũ nunc ossa ignaua posteritas veneratur Vale.
Olmerius Merschius reliquit hic liberos valde elegantes et dociles, eius fratres si timẽt
DEUM non possunt illum mortuũ sic fraudare omni hæreditate ut filijs eius necessa-
ria